



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**F. Ioannis Andreæ Coppensteinii, Ordinis Prædicatorum
Theologi & Parochi Heidelbergæ Castigatio Apologiæ
Calvino-Catecheticæ**

Coppenstein, Johann Andreas

Moguntiæ, 1626

Ad Qvæst. LXXXVIII. Quibus partibus constat conuersio hominis ad Devm?

urn:nbn:de:hbz:466:1-35247

que Christum anathematizant: ergo ipsi anathema sunt.

AD II. DICO 1. Bellarminus eo in cap. 4. dicit probationes è Praxi Apostolorum; postquam cap. 2. ex Institutione ipsa Veritatem demonstrat; ut iam strictim ex eo prescripsi. Itaque Ministri candorem, ut alias plerumque, hic desidero, ut qui fundamenta capituli 2. in soluit silentio; producitque practica loca; quasi his firmiora non suppetarent: Et quasi ibidem non luculentius doceret Bellarminus inten- tum, quam Minister. Lorinus vero ita senserit: ergo ille potius erit audiendus, quam cum plurimum consensu Bellarminus?

AD III. Iam, vt ad superiora, ibidem re- spondit Bellarminus. Oportuisit Ministrum prius ipsum refutasse; dein sua produxisse. Vide ipsum; nō ego tibi hic eum perfirinxerim com- pendio. Quid? ipsius S. Iacobi dictum trans- uersum agis atque detorques; mihi, aliisque Pontificis parcer? In talibus non responsio- ne, sed reprehensione dignus es; si Dei seruum litigare decerer.

AD IV. Distingue: Glossator, & alii senti- unt; Ab Vniuersali Traditione, non ipsum Sa- cramentum, eiusque Præceptum; sed præcepti Determinationem in modo, tempore, casu, & causa, &c. dispositum potius, quam institutum, dici, ac esse.

AD QVÆST. LXXXVIII.

Quibus partibus constat conuersio hominis ad DEVUM?

CALVINVS Inst. l. 2. c. 4. & lib. 3. c. 3. Conformatio Ca-
rech si & Ministro promit.

M'NISTER. 1. Imperite dicit Parochus Conuersio- nem ad Deum constare etiam Remissione peccatorum; qua certe illius non pars, sed effectus est potius & fru- ctus consequens.

2. Remissio quoque peccatorum est pura puta actio Dei extra nos. Conuersio autem est actio Dei in no- bis; sive potius Actio nostra per Gratiam Dei. Itaque Remissio non potest esse pars nostræ conuersioris.

3. Ita Scriptura iudicat Mortificationem & Viuificationem.

RESPONDEO. Imo suus Ministro Paræus re- spondet in Explic. Catech. q. 88. §. 3. Conuersionis

parts prior Mortificatione continet, 1. Agnitionem peccati, & iræ Dei; 2. Dolorem de utroque: 3. Detestationem & fugam peccati: Viuificatione tria contraria: Agnitionem misericordie Dei & Christi: Lætitiam ex placato Deo natam: Studiu- um nouę obedientiæ. Hęc tria in viuificatione, si rem spectes ipsam, quid sonant nisi remissio- nem peccatorum; que Mortificationem inter ac Viuificationem media interuenit? ut Viuifi- catio sit effectus potius Remissionis.

Iterum Paræus: §. 4. Conuersionis causa Principalis est Devs: Instrumentalis proxima, Fides: Instrumentales media, Lex, & Euange- lium. Non omnino male: benè, si Remissionem expressisset.

Renouationis internæ hic est processus ac ordo: 1. Peccator iacet: 2. Dei gratia excitat ia- centem præueniens: 3. Huic assentiens eligit pœnitentiam: 4. Opera facit pœnitentia: 5. Sic dispositio gracia Iustificationis infunditur. Et hęc continet Remissionem & Renouationem in quasi renatis: Ita, si libet, prolixius discat Mi- nister ex Lutherocalvinista par. 4. q. 47. 48. 50. ne porro tum inepit in epiptiat, ac hæreticisset.

AD II. Sicut in ovo superiore non unus solum struthio latuit hæreticus; ita & in hoc: Remissio, ait, est pura puta actio Dei extranos, scilicet non imputantis nobis peccata. Quæ est hære- fisis. Intra nos est, vt scias, impressaque in anima qualitas permanens obice peccati remoto; non teclio solum. Vide Lutherocalv. par. 4. qq. 61. 63. 64. & Antichristum par. 4. q. 15. Scripturæ ve- dò nos hortantur ad mortificationem concupi- scientię in nobis, & ad Viuificationem per aug- mentum gratiae acquirendæ conseruan- dam.

AD QVÆST. LXXXIX.

Quid est mortificatio veteris hominis?

CALVINVS Institut. l. 3. cap. 3 ferè ita dictauit
Catechismo: verè de peccatu dolere, eaque fugere.

MINISTER: Culpat Excaluinizatorem addentem ista. Non quidem propriè: sed passionum ac appetituum in ordinem reditio publice Christi. Quia hęc in Scripturis includitur sub voce peccati.

RESPON-